3031 Praeneste in viridiario Fantoniorum BIANCH. Apud Cecconium CECC. Extat in aedibus olim gentis Cecconiae.

L · AVREL · AVG · LIB · SATV
RNINVS · CVBICVLARIVS · E
/MAET · ILI · A SEVERA CONIVX
HOC SEPVLCRVM VIVI FECERV
NT SIBI ET FILIIS · SVIS LIBERTI
S LIBERTAS LIBERTABISQVE sic
POSTERISQVE EORVM ITA N
E AVT DE NOMINI EORVM EXE
AT AVT QVISQVAM TALIVS EX
TER EX CAVSA SVCCESSIONIS VEL
DONATIONIS VENDITIONISQ
VE SIVE FIDVCIAE ID SIBI CONQ
IRERE · ITEM CORPVS EXTERV
VICNO I NF IDV

Descripsit de Rossi, recognovi ipse post Mommsenum. Bianchini Ver. 353 f. 60; Giorgi sched. Casanat. qui descripsit d. 29 Ian. 1735; Cecconi p. 184; Petrini p. 371 n. 51; Marini sched. Vat. 9127 f. 285.

1 L quam exhibent ex prioribus certe Giorgi Cecconi Petrini, nunc desideratur. — 6 LIBERTAS correctum est ex LIBERTIS. — 9 T littera post QVISQVAM errore posita, mox a quadratario deleta est. — 14 fin. ultimae litterae magis videntur esse IDV quam ~~IRX~~.

L. Aurel(ius) Aug(usti) lib. Saturninus, cubicularius, et Maetilia Severa coniux hoc sepulcrum vivi fecerunt sibi et filiis suis, libertis [*libertas* dele] *libertabisque posterisque eorum, ita ne aut de nomin*[*e*] *eorum exeat aut quisquam alius exter ex causa successionis vel donationis venditionisque sive fiduciae id sibi conq*[*u*]*irere, item corpus exteru(m)* . . ; in v. 14 praeter solum verbum *inf*[*erre*] nihil intellego.

3032 Cave in latere dextro ecclesiae S. Laurentii.

Q · CACVRIV*s*
MENSOR · AED*ificiorum*
CORNELIAE · VER
Q · CACVRIVS F
ROGATVS · H · S · XX
CACVRIA · Ↄ · L · SA

Descripsit Stevenson. Petrini p. 387 n. 18.

3033 Praeneste, *si conserva nel seminario, e fu ritrovata nelle sue vigne a Quadrelle* CECC. *Nell' orto del seminario* PETR. Ibi extat. — Locum non indicat VISC.

FAMILIAE · ET · LIBERTIS
Q · MARCI · Q · L · AESCHINI
PRIMVS · DISPENSATOR
DE · SVO · FECIT

Recognovi. Cecconi p. 90; Petrini p. 363 n. 28; Marini Vat. 9127 f. 276; E. Q. Visconti cod. Par. Lat. 9697 f. 20; Foucart *revue archéol.* nov. ser. 9 (1864) p. 210.

3034 rep. anno 1854 *passata la Stella sulla strada prenestina* ACTA; in via Praenestina inter II et III ab Praeneste lapidem ROSSI.

*E*TORIVS · P · F
VS · ARGENTARIVS
IA · C · L · FLOR/////////
IVS · C · L · ////////////
\ · P · L · APOLL/////////

Descripsit de Rossi. Habent acta ministerii pontificii commerciorum; Cicerchia ms.; Bonanni ms., ad unum idemque exemplum.

1 E litteram non vidit Rossi. — 3—5 dedi quae excepit Rossius; 3 FLORIANA, 5 APOLLA reliqui; in v. 4 acta et Bonannius habent A·SCML·L, Cicerchia IA////L.

3035 cippus lapidis Tiburtini. Praeneste rep. *in una vigna in contrada Loreto* CIC. BON. Nunc in horto Barberiniorum inferiore.

//////////
/ONIA · DOM/
VNCTRIX · VIXIT
ANNOS · XXXV

Descripsit Stevenson. Cicerchia ms.; Bonanni ms. 1 ANTONIÆ Bon., ANTONIAE Cic.

3036 fistula plumbea. Repertam esse Praeneste ait MAR., nescio quo auctore. Romae in museo Kircheriano MAR. et adhuc.

EX INDVLGENTIA DN SEVERI
ANTONINI ET GETE AVGG L F

Descripsit Henzen. Marini in sylloge fistularum n. 32, qui citat schedas Lupii, ex quibus nos non enotavimus, et Zaccariam *Ist(oria) lett.* VII p. 610, apud quem non invenitur; Brunati musei Kircheriani inscriptiones (Mediol. 1837) p. 25 n. 39; Ruggero cat. mus. Kirch. n. 609; Lanciani syll. epigr. aq. n. 421, qui vidit.

2 sic exhibent Marinius Henzen Lanciani; hic praeterea adnotavit litteras GETEA abrasos esse. In fine requiritur, ut vidit Marinius, AVGG ET CAES; possis suspicari ET CAES litteras periisse rasura.

3037 fistulae plumbeae rep. prope Lugnano loco dicto *i Casali*, ubi sunt rudera dicta *Grotta Mamosa* FICORONI, qui addit unam ex his fistulis a se datam Bonannio iam adservari in museo Kircheriano. In museo Kircheriano BONANNI (qui tamen fistulam illam non Lugnani repertam facit, sed Romae in thermis Alexandrianis), item LVPI. Nunc talis fistula ibi non extat. — Inter inscriptiones musei Kempiani MVRATORI, errore.

IVLIÆ MAMIÆ MATRIS AVG · N

Bonanni mus. Kirch. (1709) p. 162 et tab. LI, 3 (inde Muratori in tabula adiecta ad p. 2101, 3 fig. B, qui errore laudat Thomasinum de Mazaugues); Lupi Vat. 9143 f. 37′, dissert. 2 p. 164 (in epistula scr. a. 1730); Ficoroni *memorie di Labico* (1745) p. 34; a prioribus Marini in sylloge fistularum n. 39; Lanciani syll. epigr. aq. n. 324.

Dedi ut exhibent Bonanni et Lupi (nisi quod hic habet IVLIAE et MAMIAE); IVLIA MAMEA AVG Ficor. Fistulae cum eadem inscriptione (nisi quod Bononienses et Cortonensis certe habent IVLIAE MAMIAE) extant Bononiae in museo duae (descriptae a Bormanno, editae a Gozzadino *intorno all' acquedotto di Bologna* p. 34 n. 3. 4, cf. huius Corp. vol. XI n. 104*, 9), Cortonae in museo una (item descripta a Bormanno, edita a Gorio inscr. Etr. II p. 390 n. 43 et ab aliis), una denique Venetiis *nel museo del seminario patriarcale* (edita *notizie degli scavi* 1883 p. 154). Hae num sint ex numero earum quas Ficoronius invenerat prope Lugnano, incertum est.

3038 fistula plumbea rep. prope Praeneste in fundo Hannibalis Bernardini loco dicto il *Generale*. Ibi adservatur.

a litt. a dextr. ad sinistr. K TI SACERDOTIS KLM

b L MARIVƧ VALENƧ · FECIT

Ectypum habui a Stevensonio. Cicerchia misit mense Dec. 1863; Bonanni apud Henzenum *bull. dell' Inst.* 1866 p. 138 (inde Lanciani syll. epigr. aq. n. 425).

Tineium Sacerdotem agnovit Henzen; fortasse, ut coniecit Lanciani, legendum *K. Ti(neii) Sacerdotis Kl(e)m(entis)*, ut significetur consul ordinarius anni 158. — Ex inscriptione *b* duas primas litteras ectypum non sistit; ramusculos quoque dedi ex solo Cicerchiae apographo.